



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtru[m] luxuria sit vitium capitale? 4

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38803**

eo, qui in tantum dereffatur mulierum vsum, quod etiam vxori debitum non reddit.

ARTIC. IV.

*Vtrum luxuria fit vitium capitale?*

740  
Mal 9.15  
ar 4.  
gl. interl.  
super illud: Omnis fornicatio.  
† Gre. 31.  
c. 31.  
\* l. 2. c. 39  
in prin.

**A**D quatuor sic proceditur. Videtur, quod luxuria non sit vitium capitale. Luxuria enim videtur idem esse immunditia, vt patet per \* Gloss. ad Ephes. 5. Sed immunditia est filia gula, vt patet per † Gregor. 31. Moral. Ergo luxuria non est vitium capitale.

¶ 2 Præterea, \* Isidorus dicit in libro de Summo bono, quod sicut per superbiam mentis itur in prohibitionem libidinis, ita per humilitatem mentis saluatur castitas carnis. Sed contra rationem capitalis vitii esse videtur, quod ex alio vitio oriatur. Ergo luxuria non est vitium capitale.

¶ 3 Præterea, Luxuria causatur ex desperatione secundum illud Ephes. 4. Qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitia. Sed desperatio non est vitium capitale, quinimo ponitur filia acedia, vt supra \* habitum est. Ergo multo minus luxuria est vitium capitale.

9. 35. a. 4  
l. 31. c. 31

**S**ED contra est, quod \* Greg. 31. Moral. ponit luxuriam inter vitia capitalia.

9. 148. a.  
5. et 1. 2.  
9. 84. a. 3  
¶ 4.

**R**ESPONDEO dicendum, quod sicut ex \* dicitur patet, vitium capitale est quod habet finem multum appetibilem, ita quod eius appetitu homo procedat ad multa peccata perpetranda, quæ omnia ex illo vitio tanquam ex principali ori dicuntur. Finis autem luxuriæ est delectatio venereorum, quæ est maxima. Vnde huiusmodi delectatio est maxime appetibilis secundum appetitum sensitium, tum propter vehementiam delectationis, tum etiam propter carnalitatem huiusmodi concupiscentiæ. Vnde manifestum est quod luxuria est vitium capitale.

9. 148. a.  
6.

Ad primum ergo dicendum, quod immunditia secundum quosdam, quæ ponitur filia gula, est quodam immunditia corporalis, vt supra \* dictum est. Et sic obiectio non est ad propositum. Si vero accipiat

piatur pro immunditia luxuriæ, sic dicendum quod ex gula causatur materialiter, in quantum scilicet gula ministrat materiam corporalem luxuriæ: non autem secundum rationem causæ finalis, secundum quam potissimè attenditur origo aliorum vitiorum ex vitijs capitalibus.

Ad secundum dicendum, quod sicut supra \* dictum est, cum de inani gloria ageretur, superbia ponitur communis mater omnium peccatorum. Et ideo etiam vitia capitalia ex superbia oriuntur.

Ad tertium dicendum, quod à delectationibus luxuriæ præcipuè aliqui abstinere propter spem futuræ gloriæ, quam desperatio subtrahit. Et ideo causat luxuriam sicut remouens prohibens, non sicut per se causa: quod requiri videtur ad vitia capitalia.

ARTIC. V.

*Vtrum conuenienter dicantur esse filia luxuriæ, cæcitas mentis, inconsideratio, præcipitatio, inconstantia, amor sui, odium Dei, affectus presentis seculi, & horror futuri?*

Ad quintum sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter dicantur esse filia luxuriæ, cæcitas mentis, inconsideratio, præcipitatio, inconstantia, amor sui, odium Dei, affectus presentis seculi, horror vel desperatio futuri. Quia cæcitas mentis, & inconsideratio, & præcipitatio, perueniunt ad imprudentiam, quæ inuenitur in omni peccato, sicut & prudentia in omni virtute. Ergo non debent poni speciales filia luxuriæ.

¶ 2 Præterea, Constantia ponitur pars fortitudinis, ut supra \* habitum est. Sed luxuria non opponitur fortitudini, sed temperantiæ. Ergo inconstantia non est filia luxuriæ.

¶ 3 Præterea, Amor sui vsque ad contemptum Dei, est principium omnis peccati, ut patet per \* Augus. 14. de ciuit. Dei. Non ergo debet poni filia luxuriæ.

¶ 4 Præterea, si quis ponit quatuor, scilicet turpiloquia, scurrilia, ludicia, stultiloquia. Ergo prædicta abundantia videtur esse superflua.

S a SED

q. 132. a.  
4.

741  
sup. q. 53  
art. 6. Et  
ma. q. 8.  
ar. 1. cor.  
co 3. et q.  
13. ar. 3.  
cor. Et q.  
15. a. 4.

q. 128. et  
q. 137. a.  
3.

l. 14. c. 24  
in pri. et  
c. vlt. 5.